

**Der folgende Text (I.) soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden!**

### I. Text

#### C. PLINIVS PONTIO SVO S.

- Ais legisse te hendecasyllabos meos; requiris etiam,  
quemadmodum cooperim scribere, homo, ut tibi videor,  
severus, ut ipse fateor, non ineptus.
- 5      Numquam a poetice (altius enim repetam) alienus  
fui; quin etiam quattuordecim natus annos Graecam  
tragoediam scripsi. 'qualem?' inquis. nescio; tragoedia  
vocabatur. mox, cum e militia rediens in Icaria insula  
ventis detinerer, Latinos elegos in illud ipsum mare  
10     ipsamque insulam feci. expertus sum me aliquando et  
heroo, hendecasyllabis nunc primum, quorum hic na-  
talis, haec causa est. legebantur in Laurentino mihi  
libri Asini Galli de comparatione patris et Ciceronis.  
incidit epigramma Ciceronis in Tironem suum. dein,  
15     cum meridie (erat enim aestas) dormitus me recepis-  
sem nec obreperet somnus, coepi reputare maximos  
oratores hoc studii genus et in oblectationibus habuisse  
et in laude posuisse. intendi animum contraque op-  
inionem meam post longam desuetudinem perquam  
20     exiguo temporis momento id ipsum, quod me ad scri-  
bendum sollicitaverat, his versibus exaravi:
- Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti  
ausus de Cicerone dare est palmamque decusque,  
lascivum inveni lusum Ciceronis et illo  
25     spectandum ingenio, quo seria condidit et quo  
humanis salibus multo varioque lepore  
magnorum ostendit mentes gaudere virorum.  
nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem  
paucula cenato sibi debita savia Tiro  
30     tempore nocturno substraxerit. his ego lectis  
'cur post haec', inquam, 'nostros celamus amores  
nullumque in medium timidi damus atque fatemur  
Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces  
blanditias et furta novas addentia flamas?'
- 35     Transii ad elegos: hos quoque non minus celeriter  
explicui; addidi alios facilitate corruptus. deinde in  
urbem reversus sodalibus legi; probaverunt. inde plura  
metra, si quid otii, ac maxime in itinere, temptavi.  
postremo placuit exemplo multorum unum separatim  
40     hendecasyllaborum volumen absolvere, nec paenitet.  
legitur, describitur, cantatur etiam, et a Graecis quo-  
que, quos Latine huius libelli amor docuit, nunc ci-  
thara, nunc lyra personatur.

### II. Sprachliche Erläuterungen

#### zu Zeile 11:

Erläutern Sie, was mit dem Begriff *herous* bezeichnet ist!

#### zu Zeile 13/14:

Erläutern Sie kurz (jeweils maximal drei Sätze), wer *Asini Galli pater* und *Ciceronis Tiro* waren!

#### zu Zeile 22/23:

Geben Sie eine metrische Analyse der beiden ersten Verse des Gedichts!